que inimica est deo. & plus regnat concupiscentia
carnis. & concupiscentia oculorum. & superbia vite. ¶ .iij.
no. quod nascitur in bethleem. quod nomen domus
panis interpretatur. Ante christi adventum mundus
plenus erat famelicis hominibus. Omne enim quod
est in mundo aut est concupiscentia carnis. aut
concupiscentia oculorum aut superbia vite. Et quod est ad
concupiscentiam carnis ut fames deliciarum. Quod concupiscentia oculorum
ut fames divitiarum. Quod superbia vite ut fames
honoris. Jer. xv. Ego autem hic fame pereo.
Hos panis iste saciat. dum gratia sua ardorem
concupiscentie sedat. Jo. vi. Ego sum panis vivus qui
de celo descendi. In hoc quod christus in bethleem nascitur
datur intelligi. quod ad hoc quod christus in aliquo
nascatur spiritualiter multum valet refectio verbi
divini. ... Considera quod in bethleem. unde
christus nascitur & sollicite esto quomodo bethleem in
de minoribus. & iam inde quidem nasci
dedignatur. Beth. est ... ubi re
fectionem. Juda est ... confessionem
¶ Quarto est quod in via nascitur. ad ostendendum
quod vita presens via est. Augustinus. Hec est
tempus vite presentis. quod cursus ad mortem
in quo nemo vel paululum stare vel tar
dius ire permittitur. ¶ Circa quintum pia
mater huius de filio suo fecit. quod eum
pannis involvit. & reclinavit eum in presepio. quia
non erat ei locus in diversorio. Di
versorium dicitur platea vacua inter duos
muros de super cooperta. hunc duos extra
homines divertere solebant. Ibi manse
runt non invenientes hospitium propter
multitudinem que in bethleem convenerat. ut
describerentur. ¶ Et videntur ibi insinuari
iiij. defectus in rebus predictis. quos beata virgo
cum filio suo passa est. ¶ Primus est defectus
familie. Verisile est beatam virginem non ha
buisse aliquam mulierem que curam plus
egisset. propter hoc quod ipsa puerum pannis in
volvit. & in presepio reclinavit. Ad idem
facit hoc quod ex ... erat. nec erat

nulle hospicio. sed in diversorio. & nox
erat profunda. ¶ Secundus videtur fuisse de
fectus operimenti. Pauci enim panni quos pau
per mater habebat pro egrestate paupertatis sine pellibus et
videntur bene suffecisse tempore precipue de noc
te. & in medio hyemis. Bernardus in sermone. Ubi
cum tanta necessitas esset. nullam audio
pellium factam mentionem. De igne nulla est sit
mentio qui valde necessarius fuisset eis. ad
illuminationem & ad calefactionem. ¶ Tertius
videtur fuisse defectus lecti. presepe pro lec
to habuit. presepe non est lectus quiescentis vel dor
mientis. sed est locus refectionis iumentorum
¶ Quartus videtur fuisse defectus habitaculi.
Non fuit sufficiens habitaculum. adeo fuit
angustum. quod non fuit locus ubi puer colloca
retur nisi in presepio. Item in nat(ivitate) domini invi[tatio]
In propria venit & sui eum non receperunt [i.]
Jo. i. ¶ In hiis verbis duo ostenduntur. christi
s. benignitas salvatoris ad iudeos
venientis. Et perversitas iudaici populi eum
non recipientis. Primum notatur ibi In propria venit. Se[cundum]
ibi. & sui eum non receperunt. ¶ Circa
primum notatur quis venit. ad quos venit.
¶ Quis venit deus est. Jo. i. Deus erat ver
bum. Deinde quia est quod melius est ... filius hominis qui
venit. ¶ Venit autem ad propios suos. suos
malos flagello dignos. Eccl. xxxiij.
Servo malivolo tortura & compedes. ¶ Ad
hoc autem venit ut mala eorum eis auferret
& sua bona eis conferret. Jo. i. Ecce agnus
dei & c. Crisostomus. venit non ut indigens
sed ut beneficiens. Jo. i. Quotquot autem receperunt eum.
d. ¶ Circa secundum non nota recipientium christum
ex rebus perpenditur. ¶ Primo ex hoc quod sunt
eorum non solum ... commune genus carnis
sed quia miraculose produxit deus populum
illum ex abraham iam sene & sara
sterili. ysa. xliij. populum istum formavi
mihi laudem meam narrabit. Item mira
cule liberavit eum ex egypto ...

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_342/0347

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG